

Ænigmatibus Diabolicis Heidfeld. Sphing.
Theol. Philos. c. 44. p. 1244. seqq.

Qvò referendum Oraculum ap. Cicer l.
2. de Divinat. qvod Pyrrho Epirotarum
Regi ab Apolline super eventu belli cum
Romanis, datum esse, Ennius tradit:

Ajo te Æacida Romanos vincere posse.
In singulis verbis nulla est ἀμφισβήτησις,
in conjunctione vero ambiguitas est, pro-
pter constructionem: quia non constat,
an Pyrrhus a Romanis possit superari: an
vero ipse Romanos sit debellaturus? In
suam sententiam traxit Pyrrhus auxilioq;
Tarentinis contra Romanos venit, Levi-
num Cos. Elephantorum novitate terruit,
tamen tandem victus discedere coactus
fuit. Plutarchus Tom. Virorum Illust. in vi-
tâ Pyrrhi. Plin. l. II. c. 27. Ejusmodi co-
thurnos Græci vocant ἐπαυρούσελον.
Possunt ex omnibus Phrasibus proverbia-
libus neci.

Apud Corn. Nepotem in vitâ Themisto-
clis, & Herodotum l. 7. editur oraculum,
civitatem Atticam salvam fore in muris
ligneis. Hinc si quis argumentatus esset,

E mœnia